



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Araneae. Ex Philostrato. Descriptio LXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

in eo preteadit: vbi gustatum applicuit: vbi odoratum inferuit: vbi vero truculentam illam, & portione maximam vocemque ingenerauit: qua subtilitate pennas adnexuit: praelongauit pedum crura: dispositus ieiunam caueam utrū alium, audiam sanguinis, & potissimum humani situm accendit: velum vero perfidiendo tergori, quo spiculauit ingenio: atque vt in capaci cum cerni non potest exilis, ita & reciproca geminatio arte, vt fodiendo acuminatum pariter, forbendoque fistulosum esset: Quos teredini ad perforanda robora cum sono teste dentes affixit, potissimumque ē ligno cibatum fecit. Sed turrigeros elephanticorum miramus humeros, taurorumque colla, & truces in sublime iactus, rigitum rapinas, & leonum iubas cum rerum natura nūquam magis, quam in minimis tota sit.

*Plin. lib. 11. c. 2.***SCORPIO.***Descriptio LXXI.*

MAENVM de modico malum Scorpium um terra suppurrat, tot venena, quot ingenia, tot perniciies, quot & species, tot dolores, quot & colores.

Nicander scribit & pingit, & tamensinus omnium violentiar gestus de cauda nocere: quæ cauda erit quodcumque de posthumo corporis propagatur, & verberat perinde vt scorpij series illa nodorum venenata intrinsecus venula, subtilis, arcuato in petu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens.

*Terrull. in Scorpiano.***ARANAE.***Ex Philostrato.**Descriptio LXXII.*

ATaula intus deserta ac destituta videatur, & ne columnas quidem amplius ipsam firmant ac sustinent, quod & concedat ac diffusat, sed solis est habitanda araneis: solet enim animal silentio ac solitudine contexere. Aspice & fila, hoc expuentes

stamen in pavimentum descenderunt, ipsas porrò intuere, per illa descendentes atque reciproco meatu ascendent, per aerem volantes, iuxta Hesiodum, ac volare mediantes, pictor ostendit: Angulis attexunt dominos; has quidem laras, has vero concavas: in lati estatim agunt, in cauis hyemant. Pulchra igitur, & haec pictoris opera: Nam araneum ipsum sic tenuiter elaborasse ac iuxta naturam indicasse ipsiusque filium laboriosum ac difficile pinxit, artificis est prudentis, atque ad amissim vera referentis. Hic autem nobis tenuissima quoque contexuit, ecce quadrangularis funis ab ipso est angulis circumiectus, vt mali rudent, tenuis autem funiculus applicata est tela quā plurimos exprimitur orbes, quorum à primo ad minimum extensis contexuntur laquei a que atque orbes, inter se distantes, per quos qui in perficiendo adiuuant opere discurrentes, remissa intendunt flamina, verum & texendi mercedem sequuntur museas, si que telis implacentur, capientes. Vnde ne prædam quidem ipsarum præterit ac neglexit pictor. Haec enim pende, illa suprema tenetur penitus, ista a capite deuoratur. Palpitant autem a que agitantur, effugere nuntiuntur: ipsam tamen nec confundunt, nec dissoluunt telam.

*Ph. lib. 11. in tela.**Item ex Plinio.*

OR D I T V R telas, tantique operis materiæ vterus ipsius sufficit, sive ita corrumpita alii natura statu tempore (vt Democrito placet) sive est intus quedam lanigera fertilitas, tam moderato vngue, tam tertii filo, & tam æquali deducit staminam, ipso secundone vñus. Texere a medio incipit, circinato orbe subtegmina adnectens, maculaque paribus semper interuallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilataas indissolubili nodo implicat. Quanta arte celat pedicas scutulato rete grassantes? quām non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas telæ, & quadam polituræ arte spicile per se tenax ratio trama? quām laxus ad flatus non ad responda quæ veniant sinus, derelicto laxe prætentis summa parte, vt arbitrii licet illa quæ difficile cernuntur, atque vt in plagiæ lineæ offendæ præcipitantur in sinum? Specus ipse qua concameratur architectura? & contra frigora quanto villoso? quām remo-

*Aaaa**tus*

Cus à medio, aliudque agenti similis: inclusus vero sic, ut sit neque intus aliquis, cerni non possit? Age similitas quanta irruptentibus ventis, qua puluerum mole degrauante? Latitudo tamen sèpè inter duas arbores, cum exercet artem & dicit texere: longitudo filii à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum veluti reciprocatio, subitque pariter ac filia deducit. Cum verò capture incidit, quām vigilans & paratus ad cursum: licet extrema hæreat plaga, semper in medium currit, ex quo sic maximè totum concutiendo implietur. Scissa protinus reficit ad polituram farciens. Namque & lacertarum catulus venantur. Hos primum tela inuolentes, & tunc denum labra viraque morsu apprehendentes, amphiteatrali spectaculo cumq[ue] contingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe incremento annuum futufo telas suas altius tollunt, ideo sereno non texunt, nubilo texunt, ideoque multæ araneæ imbrium signa dant.

mùm in speciem Eruçæ, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri Bombylius: nec eam tamen formam, figuramque custodit, sed laxis, & latioribus foliis videntur pennas assumere. Ex huius folijs mollia illa seres depestant vellera, quae ad vñs sibi proprios diuitias vendicarunt. Sed ego plenius in pictura ænigmatis eius naturam sum percetus.

B O M B Y X I N

A Enigmate.

Animal vobis in hac tabella depinximus (Principes illustrissimi, ceterique auditores ornatissimi) sine carne, sine san-^{19.1.5. bñb.}guine, ossibus, venis, arterijs, nervis, intesti- animalis, oculis, auribus pilis, squammis, spinis, quid hoc monstri est? Ne vos diu morer, Bombyx est, Bombyx, inquam, laboriosus opifex, & nendis regum vestibus natus. O naturæ audacis opus! quis non miretur? quis non obstupescat ex tenui semine primum nasci vermiculum ~~angorū~~, tam minutum, ut penè oculorum fugiat aciem, hunc in Eruca fieri Bombylum diuinum plane artificem: quem ybi puro elegantiq[ue] domicilio accepimus, & alba morti frondibus saginatum, per genitiarum scabritatem emiseris, postquam pabuli satieres est, vere incipit, & ex suis visceribus diductos florum tractus effundere, quibus sibonata figura domicilium constituit, quo nec Castor & Pollux, nec eorum soror Helena pretiosiore videntur excepti. Itaque nec Porphyrogenitus inuidet, nec ijs regum fusionibus, quos aiunt colluentes margaritis cunas habuisse, in hac sericea domuncula delitescit Bombylius quasi puerus in utero matris confixus, & artes meditatus admirandas. Absoluto demum lanificio post 40. diem ex Bombyce subnascitur Papilio cornutus vermis, & quatuor alis pennatus, quem excessis ceteris ait quasi septis emicare cernimus in acre, ex hoc necydalo vermium progeneratur semen, quibus noua subinde animalium siboles affuit. Delineauit pa-^{19.1.6.25.}les (auditores) naturam vermiculi, de quo magna est inter viros doctos controversia, fuitq[ue] sacerulis antiquis nostris ignotus regionibus, an à Justiniani temporibus, ut narrat Procopius, tantum Europæ cœperit hom-

CVLEX ET PVLEX.

Ex D Augustino enarr. in
Psalm. 148.

Descriptio LXXXIII.

Quis disposuit membra pulicis & culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum: Vnam bestiolam breuem minutissimam considera quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationē viræ, qua mouetur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, deuinit molestias, exerit sensus diuersos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeum culici quo sanguinem fugat? Quām tenuis fistula est qua forber? Quis disposuit ista? quis fecit ista? expauescis, in minimis lauda magnum.

VERMIS INDICVS.

Ix D. Ambrosio Hexam. lib. 3.
cap. 23.

Descriptio LXIV.

Vide Plin. li. 11. 6. 25. **F**eretur hic corniger vermis, conuerti pri-